

Illustriss<sup>e</sup> et Reverendiss<sup>e</sup> Domine, Domine colendissime.  
Salutem et pacem à salutis auctore sempiternam.

Quod Ill<sup>mam</sup> ac Rev<sup>mam</sup> D<sup>nem</sup> vestram adire, quod interpel-  
lare audeam, fiduciam dat et veteris illius humanitatis ac benevo-  
5 lentiae paternae Ill<sup>mae</sup> D<sup>nis</sup> V<sup>ae</sup> recordatio, quam triennio, sub  
cura gubernationeque Ill<sup>mae</sup> D. V<sup>ae</sup> expertus sum, in cuius memoria  
nunc quoque suavissime conquiesco, et vero praesens etiam occasio,  
hasce pauculas chartas ad V<sup>am</sup> R<sup>am</sup> ac Ill<sup>mam</sup> D<sup>em</sup> transmittendi. Cum  
10 Ill<sup>am</sup> D<sup>em</sup> V<sup>am</sup> scripserat, in manibus plurimorum Calvinistarum mag-  
no ipsorum applausu versaretur, saepe multis viva voce ostendi,  
quam plumbea sint ipsius tela contra adamantinas Ill<sup>mae</sup> D. V<sup>ae</sup> dis-  
putationes; tandem vero, cum nuper R. D. Fridericus Brenner, eccle-  
siastes sanctimonialium, doctoratus gradum adipisci, eaque occasio-  
15 ne disputationem aliquam proponere vellet, unius fere mensis spa-  
tio, quantum thesium brevitatis ferebat, omnes bene grandis voluminis  
nis argutias hisce pauculis chartis inscripsi, ac pro meo modulo  
refutavi, non tam novis argumentis quam eorum quae Ill<sup>ma</sup> D. V. doc-  
tissime disputarat, ad subiectam materiam applicatione. Has igitur  
20 chartas exiles, nec Ill<sup>mae</sup> D. V<sup>ae</sup> conspectu dignas, partim gratitu-  
dinis perpetuae causa, partim censionis, V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> D<sup>ni</sup> offero.  
In quibus si veritatem, si mentem Ill<sup>mae</sup> D<sup>nis</sup> V<sup>ae</sup> assecutus non  
sum, id ingenii eruditionisq; ue defectui, non voluntati, ut attri-  
buat oro; ego vicissim paratus reprobare quicquid in illis V<sup>ae</sup> ~~ix~~  
25 Ill<sup>mae</sup> D<sup>nis</sup> oscula, Deum precor ut Ecclesiae suae diu servet inco-  
lumem V<sup>am</sup> Ill<sup>am</sup> D<sup>em</sup>. Graecii 25 martii MDCV.

V<sup>ae</sup> Ill<sup>mae</sup> D<sup>nis</sup>

Humillimus servus, et quondam filius  
Petrus Palmarius.

PAZMAN Y

30 Adresse: Illustrissimo atque Reverendissimo Domino Dño Roberto Car-  
dinali Bellarmino, Archiepō Capuano, Domino suo colendissim

Roma.